



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Bvgenhagii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt X.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

radice hunc fructum prouenire necesse est. Hinc misericordia dei uocat hoc loco David, beneficium propter deum proximo impensum, quod si non praestares, agnoscis te agere contra deum. &c.

Ne timeas. Consolatur eum, ne quid sibi mali intentari timeat propter Saulis iniquitatē. Fuit itaq; hoc uerbum à rege prolatū, non minus necessarium miserō, quām beneficium præstitū. Agros, familiā, seruos, ancillas ei dat, & ad mensam suam collocat, ut regis filius agnoscatur &c.

Claudius utroq; pede. Hoc toties scribitur, ut uideas iudicium dei contra domum Saulis. Nihil in ea relictum est, quod uel in speciem regem prestare potuisset.

## CAPVT X.

 Ste Nahas est contra quem per deū egreditur Saul. I. Reg. II. sed beneficio obstrinxerat Davidem exulem, id quod in histria non legimus, ut uideas plura passum Davidē, q; quae scripta sunt. Itaq; & hæc pertinet ad ea quae supra diximus. Misericordia siue beneficium reddere uult etiā meritis gētibus, q; Ionathæ non erat oblitus, sed illæ iudicio dei occulto p istā Davidis bona uoluntatē pereūt, & ex amico hostē p deū faciūt, multosq; alios secū in interitū pertrahūt, deo uolēte. Sic &c.

Sic & supra cap. 5. iudicio dei, Philistijm, apud quos David beneficium acceperat, irruunt in Israëlem, contra Dauidis regnum, ut pereant. Diximus de Amonitis supra cap. 8. [Rasit.] Ista erat ignominia Iudeis, prohibuerat enim lex Leuit. 19. quin & ignominiam fuisse gentibus hoc opprobrium satis declarat.

Roob, Saba &c. Regiones sunt illic Syrorum uel ciuitates. Verum in Heb. dicitur Syros domus Rehob. Rehob fuerat pater Adadezer, supra cap. 8.

In omnibus his uidere licet iudicia dei in illos qui perire debent, & ueritatem & misericordiam dei confirmantis suum uerbū patribus promissum & seorsum Dauidi, ut non dubitetur unquam defuturus suis quā istis inimicis hoc regnum iuuerit.

## CAPVT XI.

**R**ex ille electus a deo, fortis in quo suis aduersarios, tantis temptationibus ad regnum electus, qui præterea promissionē habet regni æterni, iam, dum extra militiam se cure agit, subditis sibi undiquaque genibus, in crassissima labitur & adulterij & homicidij peccata, atque adeo turpiter, ut nihil ne caro quidē inuenire possit quod uel in speciem huic impietati prætendatur. Qua enim specie excusare poteris impietatem cordis eius, ubi ita agit cum viria optimo viro, & tandem morti eum obij